

Een brief om inlichtingen voor de biografie van Norbertus door Ch.-L. Hugo

Onlangs verscheen in dit tijdschrift een uitvoerige studie van de hand van Monique Taillard over de ordeshistoricus Charles-Louis Hugo¹). Een aanvulling daarop wordt geboden in een brief uit het abdijarchief van Tongerlo²), waarin de abt van Bonfays, Arnulf Simon (1698-1721) aan de abt van Sint-Michiels te Antwerpen, Johannes Chrysostomus Teniers (1687-1709) om inlichtingen vroeg die hem moesten toelaten de laatste hand te leggen aan een biografie van Norbertus waaraan hij werkte. De brief draagt de datum: Nancy, 7 februari 1702 en er kan weinig twijfel over bestaan dat hier de levensbeschrijving werd bedoeld die onder de naam van Ch.-L. Hugo verscheen in 1704. Hiervoor pleiten niet alleen de vermelding door een andere hand bovenaan de brief dat deze zou geschreven zijn op aanvraag van Hugo, maar ook de gestelde vragen en het verzoek om twee boeken naar Nancy te zenden langs de boekhandelaar Andreas Chevalier, te Luxemburg, degene die inderdaad de Norbertusbiografie van Hugo in 1704 heeft uitgegeven³).

Het meest merkwaardige in deze brief is wel dat de naam van Ch.-L. Hugo niet eens wordt vermeld. De abt van Bonfays stelt het voor alsof hijzelf met een aantal onopgeloste vragen zit over het leven van Norbertus en alsof hijzelf de laatste hand wil leggen aan deze biografie. Dat Arnulf Simon onafhankelijk van Ch.-L. Hugo

¹) M. TAILLARD, *Le Père Charles-Louis Hugo*, in *Anal. Praem.*, 1975, LI, blz. 239-269; 1976, LII, blz. 5-37.

²) Onze betreurde confrater dr. Milo H. Koyen was zo vriendelijk ons korte tijd voor zijn dood uit eigen beweging een fotokopie van deze brief te zenden. Hij vond hem in de handschriftenverzameling van het abdijarchief van Tongerlo, waarvan hij gedurende de laatste maanden voor zijn dood een inventaris voorbereidde. Het definitieve nummer van dit document in het abdijarchief kon ons, na de dood van cfr. Milo, niet worden meegedeeld.

³) Ch.-L. HUGO, *La Vie de S. Norbert, Archevêque de Magdebourg, et Fondateur de l'Ordre des Chanoines Premontrez. Avec des Notes pour l'éclaircissement de son Histoire, et de celle du douzième siècle*. A Luxembourg, Chez André Chevalier, Imprimeur et Marchand Libraire. M.D.CC.IV.

aan een Norbertusbiografie zou hebben gewerkt, is weinig waarschijnlijk, want er was regelmatig contact tussen Etival en Bonfays. De abt van Bonfays heeft trouwens in 1722 Hugo geïnstalleerd⁴). Het lijkt dus wel of Hugo op zijn minst heel wat werk voor zijn boek door de abt van Bonfays heeft laten opknappen. Waar M. Taillard meende dat Hugo weinig hulp ondervond van zijn confraters, die daartoe de nodige vorming zouden hebben gemist⁵), zal dit oordeel in het licht van de hier gepubliceerde brief wellicht moeten worden herzien. Vanuit onze hedendaagse opvattingen over wetenschappelijke eerlijkheid is het ook zeer bevreemdend dat Hugo in de inleiding op zijn Norbertusbiografie zijn helper A. Simon en eventuele andere medewerkers met geen woord vermeldde⁶). In dit perspectief zal het auteurschap van Ch.-L. Hugo opnieuw en grondiger dienen te worden onderzocht. Heeft hij enkel met zijn journalistieke vaardigheid het opzoekingswerk van anderen in een definitieve vorm gegoten of heeft hij het historisch onderzoek werkelijk grotendeels zelf gedaan en zich slechts voor het oplossen van enkele duistere punten tot de abt van Bonfays gewend om de «laatste hand» aan zijn werk te leggen?

De dertien vragen die aan de abt van Sint-Michiels worden gesteld zijn belangwekkend omdat ze de toenmalige stand van het historisch onderzoek en de historische belangstelling vrij goed illustreren. Terwijl in de uitgegeven levensbeschrijving op naam van Ch.-L. Hugo nogal gemakkelijk wordt geaffirmeerd, merkt men hier welke twijfels bij de medewerkers bestonden. Enkele van deze vragen zijn op dit ogenblik gemakkelijk te beantwoorden aangezien ons heel wat meer naslagwerken ter beschikking staan, andere problemen van de abt van Bonfays blijven nog steeds onopgelost bij gebrek aan bronnen. Het is hier echter niet de plaats om op deze kwesties dieper in te gaan.

De twee boeken die de abt van Bonfays vroeg hem te zenden langs de Luxemburgse boekhandelaar, kunnen we identificeren als de Norbertusbiografie van J.B. Schellenberg⁷) en de polemische ver-

⁴) M. TAILLARD, *a.c.*, *Anal. Praem.*, 1975, LI, blz. 247.

⁵) *Ibidem*, 1976, LII, blz. 15.

⁶) In de Latijnse uitgave van 1732 wordt zelfs de naam van de vertaler, een geprofeste van Siloë (Zeliv) in Bohemen, niet vermeld. Alleen de groten der aarde telden mee in de 18de eeuw.

⁷) J.B. SCHELLENBERG, *Vita et res gestae S. Norberti archiepiscopi Magdeburgensis, sacrae canonicorum Praemonstratensium familiae conditoris*, Augsburg, Wenen, 1641, in-12°, 144 blz.

handeling van de protestantse theologiestudent Christiaan Schneider⁸⁾, die wilde bewijzen dat het gebeente van aartsbisschop Hendrik van Maagdenburg naar Praag was overgebracht in plaats van de relieken van Norbertus.

Summarium

In tabulario abbatiae Tongerloensis litterae datae 7a Februarii 1702 asservantur, quibus abbas Bonifageti, Arnulphus Simon, coabbati suo Sancti Michaelis Antwerpiensis, Johanni Chrysostomo Teniers, tredecim quaestiones proposuit ut historiae B. Patris Norberti manus ultimas imponere possit. Nec hic quidem mentionem facit de Carolo-Ludovico Hugo, sub cuius nomine revera anno 1704 Vita Norberti in lucem edita est. Ideoque his litteris quaestio de veris auctoribus sive adiutoribus huius libri ponitur.

Mankevosstraat 71
B-1860 Meise

W.M. GRAUWEN O. Praem.

ABDIJARCHIEF TONGERLO, Handschriftenverzameling.

De S. Norberto 6 Junii. Dubia proposita praelato S. Michaelis. Haec scripta fuerunt rogatu Ludovici Caroli Hugonis, qui tunc operam dabat Vite S. Norberti componende, quam habemus anno 1704 editam. Cod. I. 192-a¹⁾).

Nanceij, 7. Februarii 1702

¹⁾ Hic titulus alia manu adiunctus est.

⁸⁾ C. SCHNEIDER, *Vindiciae Norbertinae sive ostensio summaria de Norberti archiepiscopi Magdeburgensis et primatis Germaniae reliquiis e coenobio B. Virginis Magdeburgicae templo, Pragae in Strahoviense FF. Praemonstratensium monasterium nunquam translatis, cum responsione brevi ad libellos Strahoviensium FF. subsidiarios de translatione et cultu reliquiarum, veritatis et pietatis causa edita et in academia Jenensi ad D. XIIIX Octobris anno LXXXIII. praeside Philippo Müllero, D.P.P. praepos. ac praelat. Magdeburg. ad publicum examen proposita a M. Christiano Schneidero Sangerhusano Duringo, SS. Theol. studioso. Iena, 1583, in-8°, 56-8 blz. Deze stelling werd opnieuw opgenomen in Fr. BUTTNER, *Pseudonorbertus ex narratione Pragensi translatus e Saxione in Boioemiam corporis Norberti ... detectus et sub praesidio Barthol. Christ. Richardi ... publice excussus. Iena, 1709, in-8°, 35-5 blz.**

Reverendissime Praelate et honoratissime Confrater,

Ad vos iterum venio, rogaturus iterum ut nobis subministrare dignemini documenta ad historiam .B. Patris Norberti elucidandam profutura. Putabam post visitationis meae cursum, haec Nanceij certissime reperturum, id quae tanto magis putabam quanto plus de zelo propagandae B. Patris gloriae presumebam. Frustratum spe eventus docuit, nec tamen quidquam de zeli vestri sinceritate sinistrum suggessit, sed hoc quaecunque infortunium epistolae meae infortunio et cursariorum infidelitati dandum esse autumavi. Quare nil de spe antiqua remittens, adeo rursus dignitatem vestram supplexque illam obtestor, quatenus iuvare velit nostros nisus votisque favere.

Haec porro puncta sunt de quibus informari percuperem.

Primum est: De Genealogia Sti. Patris quam per Imperatores et Lotharingiae Duces ductam nullo satis firmo documento repraesentant Biografi; quam tamen melioribus titulis roboratam vellem habere.

2um. est de Dignitate Capellani Imperatoris, qua S. Norbertus in curia Henrici 5 versans, insignitus erat, teste Hermannno Tornacensi. De illa enim dignitate quid sentiendum occurrat haud scio, alii cancellariatum, alii palatiale clericatum interpretantur, ego quid sentiam ignoro.

3. est circa Lutolfum eremitam, quem identidem S. Pater invisibat in principio suae conversionis. Quis ille sit Lutolfus, multis laboribus necdum comperi.

4. Seriem Episcoporum ordinis nostri Ratzeburgensium a B. Evermodo, habere desidero.

5. Verumne est uti Bollandistae T. 2. Junii pag. 837 asserunt ab origine religiosos nostros nudipedes incessisse.

6. De velo Sti. Servatii divinitus sublevato, et ad humeros Sti. Patris mirabiliter dilapso, certane sunt documenta apud Mastricht, et in patriis annalibus constans memoria prodigii.

7. Quisnam ille Monasteriensis episcopus qui restitit B. Godefrido volenti suum Cappenbergense castrum in Praeposituram convertere.

8. Insignis abbatiae vestrae originem. Godefrido Bullonio asserunt historici, iure an iniuria nescio, titulum seu chartam foundationis huius enixe efflagito.

9. Competitores Archiepiscopatus Magdeburgensis duos fuisse, memorat Pagius noster, sed nomina reticet. Annales Trevirenses Alberonem alterum fuisse memorant, alterum silent, utrumque nosse desidero.

10. Quis ille est Atticus Archidiaconus qui toties B. Patri et Archiepiscopo suo restitit; quae causa inter ipsum et B. Patrem vertebatur, propter quam ad pseudopontificem Anacletum appellavit Atticus.

11. Quo nomine Episcopus Misnensis pollutae Ecclesiae Magdeburgensis cum B. Patre consecrator anno 1129 nuncupabatur.

12. Quo primum tempore inter Sanctos computatus est B. Pater: an Declarationem Greg. 13 prevertit vel Ecclesiarum consensus, vel Martyrologiorum fasti, nam de Innocentii 3i decreto, quo inter coelites S. Patrem consignavit, aut consignasse dicitur, parum constat.

13. Quae miracula, ab editione Bollandistarum S. Patri operatae sunt reliquiae.

De his doctum me velim, ut operi ad finem properanti manus ultimas imponam; praeterea Reverendissime Praelate, si penes dignitatem vestram extent nuperae vindiciae Acatolici contra veritatem translationis reliquiarum Sti. Patris evulgatae, sicut et Historia a Joanne Baptista Schellemborg Jesuita Augustae anno 1645 impressa, gratissimum plane mihi fuerit si illas ad me deportari procuraverit, atque ut facilius earum sit commeatus, Luxemburgum dirigere et D. Andreae Chevalier Bibliopolae commendare poterit. Quas ut primum acceperit, ad nos devehi sataget. Interim ero vestrae Reverendissimae Dignitatis

Honoratissime Domine et Confrater,

Addictissimus per omnia
humillimusque conservus
f. Arnulphus Simon
abbas Bonifageti et in
Congregatione antiqui rigoris
Ord. Praem. vicarius generalis.

suas responsiones Nanceij praestolabor.